



didit Nobilibus Hiacynto de Sagrera, & Xifre, & Hiacynto de Sagrena, & Massana patri, & filio, certas domos in eadem Villa Calidarum sitas, & iamdictam scribaniam, sive notariam iudicialem Baiuliæ memoratæ Villæ Calidarum, Parochiarum, & termini de Palau, & Plegamans cum suis annexis, & pertinentijs insimul pro pretio 1400<sup>tt</sup>, monetæ Barcin.

2 Sub eisdem die, & anno, & coram eisdem testibus, penesque eundem Mora Not. iamdictus Nobilis D. Hiacyntus, & Massana, tam nomine suo proprio, quam etiam vti procurator Nobilis Hiacynti de Sagrera, & Xifre eius patris sex locationum arrendamentorumve instrumenta firmavit, duo videlicet in favorem Iosephi Puig, & Bosom Not. duo in favorem Susannæ proxime dicti vxoris; & duo novissima in favorem Mariæ Puig, & Bosom, nunc Font, dictorum coniugum filia, distribuendo illa in tria quinquennia, quorum primum currere inciperet 15. Augusti eiusdem anni 1681. & ultimum finiretur simili die anni 1696.

3 Pro vnoquoque ex dictis quinquennis geminata firmavit instrumenta, cum vno scilicet, arrendavit scribaniam, seu notariam iudicialem iamdictam, quam vt præfertur à memorato Iosepho Puig, & Bosom emerat; cum alio verò scribaniam contractus iamdiu possessam à dicto Nobili de Sagrera, ipsiusque propriam, sub ea tamen lege, & pacto in singulis instrumentis dictorum arrendamentorum expresso, ac repetito illa confecta conspiciuntur, nimirum, quod dicti Nobiles de Sagrera promiserunt, durante termino dictorum arrendamentorum respective, non expellere arrendatarios à præfatis rebus arrendatis, & casu quo quid tale quacumque ex causa facere attentarent, tunc pro nunc, & nunc pro tunc per pactum inter partes conventum memorata venditio in favorem Nobilium adversantium facta, inefficax pro fusus, nulliusque roboris maneret, ac si facta minimè foret, his formalibus verbis materno sermone conceptis, ibi:

4 *Convinch, y en bona fe prometo jo Jacinto Sagrera, y Massana en nom meu y de dit mon Principal, que durant dit temps nous traurè, ni vos expellirè de las predtas cosas, que ab lo present vos arrendo*  
per

per raho de major, menor, ni consemblant preu, del arrendament avall  
 escrit, NI PER ALTRA QVASEVOL CAUSA, NI RAHO, lo  
 que si volia fer a les horas per ara y ara per las horas, se conue entre mi  
 dit Jacinto Sagrera y vos dit Ioseph Puig y Bosom, que la venda que  
 vos dit Bosom a nosaltres ha ven fet a lo die present de la escrivania  
 de dita Barllia ab acte rebut en poder de dit y avall escrit Notari, per  
 preu de 1400 Barcelonesas, no sia de ninguna força, ni valor, y aque-  
 lla restia com si fet a no fos, de tal manera, que vos dit Ioseph Puig, y  
 Bosom donant a nosaltres las dichas 1400, junt ab las demès quanti-  
 tats aurem pagadas en força de dita compra, tant de llusmes, com al-  
 trament de dichas cosas restuir vos la dita escrivania de dita Barllia,  
 obe que vos dit Bosom resteu en lo mateix domini, y possessio que esta-  
 veu antes de firmar a nosaltres dita venda; sens que per dita possessio  
 hi hage de entre-venir ningun Official, lurge, o Cort. Et sub dictis pa-  
 ctis, &c.

5 Eodem verborum cortice huiusmodi pactum concep-  
 tum legitur in reliquis instrumentis arrendamentorum in favo-  
 rem Susannæ, & Mariæ factorum; dumtaxat enim differentia  
 agnoscitur, quod in istis, promissionis verba non expellendi à  
 rebus arrendatis referuntur tantum ad prælibatas Susannam, &  
 Mariam respectivè, reliqua verò ad eundem Puig, & Bosom, ut  
 supra transcriptum reliqui.

6 Adhæc Nobiles adversantes contentiosum præveniendò  
 casum providè agnoverunt, quod devenientibus iam dictis scri-  
 barijs in manus dictarum Susannæ, & Mariæ inevitabiliter oport-  
 rebat illas regere Notarius ab istis deputandus; Ideò in postre-  
 mis duobus arrendamentis, in illarum favorem factis apertius  
 legem dixere pactum utrique illorum, quod in primo haud ap-  
 positum fuit, adiiciendo, ibi:

7 Que lo Notari que vos posareu en dita escrivania durant die  
 arrendament sia tingut, y obligat regir, y governar la dita escrivania  
 de contracte en totas las cosas necessarias, y acostumadas be, y decent-  
 ment, com deu un perit escrivà, o Notari, &c. Et inferius, ibi: Item  
 ab pacte, que durant dit temps de dies finch anys, dita Susanna Puig, y  
 Bosom, eo lo Notari que en nom de ella regirà dita escrivania, tinga  
 obligació de correspondrer, &c.

Ex-

8 Expleto quadriennio, adhuc tamen labente primo quinquennio, è vivis evolavit (vt Altissimo placuit) Iosephus Puig, & Bosom, de quo partes sunt in confesso, & faterur Nobilis adversans num. 2. sui Iuris discursus; Illique vniversaliter successerunt vsufuctuario, & proprietario nominibus respectivè iam dictæ Susanna, & Maria, vxor, & filia respectivè eiusdem, vt probatum manet ex testibus ministraris super articulis 38. & 39. ex oblati per hanc partem 26. April. 1686. hocque nomine ingressæ fuerunt possessionem rerum de quibus controvertitur, in qua nunc adhuc permanent.

9 Sequito obitu iam dicti Iosephi Puig, & Sosom, non dumque finito dicto primo quinquennio, seu arrendamento, properavit Nobilis adversans contra hanc partem præsens iudiciũ instituire, provt illud suscitavit 12. Ianuarij 1686. teste processu, pro vitibus prætendendo recuperare à iam dictis Susanna, & Maria præfatas domos, & scribanias, & ab his expellendas eas fore sub prætextu, quòd per mortem Iosephi finita remansissent præhabita arrendamenta, cum ad vitam illius dumtaxat fuisse facta prætendat, quod varijs rationibus id suadere conatur, ex infra dicendis.

10 Contra Nobilis adversantis desiderium insurgunt dictæ Susanna, & Maria, quinimò firmiter prætendunt per istius causæ, seu litis introductionem fuisse factum locum pacto resolutivo supra num. 4. transcripto; idcirco cum art. 33. ex dictis articulis oblati 26. Aprilis 1686. fol. 20. relæ, Nobilem adversantem expressæ interpellarunt, hisce verbis, ibi: *Que supposat tot lo demunt dit, offereix esta part entregar al Noble aduersant los manuals, y demòs escripturas del contracte de la Escri-vania de dita Vila, y sos annexos, ab lo que sia just ha-verli de restituir del preu de dita venda, y demès convingut en aquella* (loquendo nimirum de venditione domorum, & scribania iudicarij, de qua in præcedentibus articulis meminerat) *retenint se emperó esta part en vers si la Escri-vania iudiciaria de la Cort del Batlle, y cosas compresas en lo precalendat acte de dita venda, la qual oferta aixi feta, vol esta part que tinga força de interpellació, à fi, y effecte que lo Noble aduersant diga ahont*  
*vol*

*volsian aporteas los manuals, y demès escripturas de la sobredita escriptura del contracte pux esta parte esta prompte per la entrega &c.*

11 Ex quibus in facto depromitur, memoratum pactum resolutivum non potest neque extendi ad scribaniam contractus, nam hæc propria agnoscitur Nobilis Adversantis, sed tantum ad scribaniam iudicarij, & domos in præcalendato venditionis instrumento designatas, de quibus controvertitur.

12 His itaque in eodem facto animadversis, plura in iure ponderanda occurrunt, ad enervandum Nobilis adversantis desiderium, & dignoscendum optimum ius quod huic parti patrocinatur, & ut scopum assequi valeam, meum allegatum in sequentes §§. dividere operæ pretium duxi.

§. I.

**DECLARATUR IDEMTITAS CONTRACTVVM,**  
*venditionis, & arrendamentorum de quibus agitur.*

13 **I**n iure præmittendū est, idemtitatem contractuum, quando quidē argui ex illorum corresponsivitate; nam contractus ad invicem corresponsivi regularitèr pro vnico habentur, Crav. conf. 298. sub nu. 13. vers. Immo. Menoch. lib. 6. præsumpt. 12. nu. 3. & conf. 203. nu. 14. Gratian. discept. forens. cap. 692. nu. 38. cum seq. Rota d. vers. Bonon. decis. 102. num. 65. Capyc. Latro tom. 1. decis. 56. sub num. 3. Actolin. resolut. 38. num. 30. Anton Gobius consult. decis. 30. num. 20. & idèr ratione individuitatis vnus stare non potest sine altero. Cravetta conf. 358. num. 15. Pedroch. conf. vnico de interpretatione, & resolutione contractuum num. 397. Rota decis. 631. sub num. 7. par. 2. recent. Cyriac. contro. 198. num. 1. Altograd. conf. 105. num. 21. lib. 2. Actolin. d. resolut. 38. num. 32. & resol. 54. num. 22. quos refert, & sequitur Doctissimus Gobius d. consult. decis. 30. num. 21.

14 Quod enim contentiosi contractus arrendamentorum, & venditionis ad invicem sint corresponsivi, ex superius in facto animadversis luculentèr evincitur, & præcipuè, ex pacto resolu-

B

tivo

tivo supra num. 4. transcripto, in singulisque instrumentis dictorum arrendamentorum inserto, ad eleganter tradita per Anton. Gobium *consult. decis. 30. num. 12. 13. 14. & 15.* Giurb. *d. decis. 85. sub num. 20. vers. luri. correspectivo.* Actolin. *resol. 10. sub num. 72. & resol. 38 sub num. 30.* Capyc. *Latro decis. 56. sub num. 13.* Rotam *decis. 20. sub num. 5. par. 5.*

15 Igitur necessario fateri oportet, quod deficiendo præfata arrendamenta (quemadmodum defecisse, prætendit Nobilis adversarios) debuit quoque fumescere prælibatus venditionis contractus; ista namque est natura correspectivorum, ut unoposito, vel sublato, aliud quoque ponatur, vel tollatur. Menoch. *lib. 6. præsumpt. 12. sub num. 2.* Pedroch. *d. cons. unico num. 400.* Cyriac. *contro. 23. num. 43. & contro. 9. num. 11.* Gratian. *discept. forens. cap. 692. num. 37.* Capyc. *Latro decis. 56. num. 13.* Rota coram Burat. *decis. 469. num. 6.* Actolin. *resolut. 38. num. 28. & resol. 54. num. 21.* Aloyf. *Manf. consult. 200. num. 40.* Gobius *d. decis. 30. num. 19.*

16 Suadetur aplius, nam omnes contractus ratione consensus, & stipulationis efficiuntur individui, *l. stipulationes non dividuntur, l. criticum, ff. de verb. obligat. l. cum duo, ff. de in diem addict.* etiam quod plura contineant capita, Cencius *de censib. quest. 49. nu. 20. & 21.* Rota apud eundem post tractatum *de censibus d. 424. num. 11.* Larrea *decis. Granaten. 40. nu. 23. par. 1.* & proinde pro parte approbati, & pro parte non approbati nequeunt, Capyc. *Latro d. 103. nu. 29. tom. 1.* Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 33. diffin. 8. in allegat.* sed in totum approbati, aut reprobari debent ratione individuitatis, quemadmodum canonizavit Sapientissimus noster Regius Senatus, referente Jurisprudentiæ Patre, omnigenaque litteratura prædito Nobili D. Michaële de Cortiada, nunc acclamâtib; fastigijs Regiam Cancellariam meritissimo Regente, Regia sententia lata 3. Junij 1680. in causa Venerab. Abbatis, & Conventus Sancti Cucuphatis Vallens. ex vna, & Ioannis Iurge

Chirurgi Civis Barcinonæ partibus ex altera,

in actis Raphaëlis Armangol

Not.

§. II.

## §. II.

REIICITVR PRÆTENSÆ CAUTELE, EX QUÆ  
Nobilis adversans probare intendit, contentiosa arrendamenta  
fuisse vitalicia; & opposita diluuntur.

17 **A**gnosens Nobilis adversans efficaciam dictorum  
instrumentorum contra se strenuè militantium,  
propugnacula assumpsit ad illorum robur profligandum; intrepide  
tenens, memorata arrendamenta fuisse ut præfertur, confecta,  
& in tria distributa quinquenia, primum scilicet in favorem  
Iosephi; secundum in favorem Susannæ, & ultimum in favorem  
Mariæ, eo solo motivo ne laudemium solvendum foret, cum re-  
verà vnicum tantum arrendamentum fuisset celebratum, du-  
rante vita iam dicti Iosephi, quod probare conatur aliquibus te-  
stibus.

18 Hæc tamen minimè conturbant; contractus namque  
talis est iudicandus, qualis ex forma ipsa apparet, Fachin. *contro.*  
*iur. lib. 2. cap. 12. lit. A.* & partes illum denominarunt Cephala. *conf.*  
496. num. 46. Decian. *conf. 2. num. 61.* Ciarlin. *contro. lib. 1. cap. 40.*  
*num. 76.* probaturque per instrumentum, quod sanè probata pro-  
batio dicitur Cancr. *var. tom. 3. cap. 7. num. 213.* Fontan. *tom. 1. de-*  
*eis. 96. num. 12.* & *decis. 114. num. 4. decis. 312. num. 17.* Ramon  
*conf. 87. num. 19.* pluribus citatis Ripoll ad Peguer. *in praxi rubr. 17.*  
*num. 6.*

19 Rursus quia contractus præsumitur verus, non autem  
simulatus, Fachin. *d. lib. 2. cap. 12. lit. B.* Ciarlin. *contro. lib. 2. cap. 137.*  
*num. 100.* & 101. simulatio quippè, sive fraus, non præsumitur  
nisi probetur, adeò ut docere oportet de causa simulationis in  
specie tempore contractus. Farinac. *de fals. & simulat. quest. 162.*  
*num. 136.* & 137. latè Mantica *de tac. & ambig. lib. 13. tit. 35. nu. 5.*  
& 6. Giurb. *conf. 54. num. 20.* & 21. Ciarlin. *ubi supra d. num. 101.*  
maximè contra instrumentum publicum, cuius verba præsumū-  
tur veridicè prolata, & contra illud difficilè præsumitur simula-  
tio; imò datum est, & arduum velle adversus instrumentum pu-  
blicum

blicum docere de simulatione, Honded. *conf.* 33. *num.* 12. *lib.* 2.  
Tusch *lit.* *S. conclus.* 260. *num.* 44. Mantica *de tacit. & ambig. con-*  
*vent.* *lib.* 8 *tit.* 17. Menoch. *conf.* 343. *num.* 23. Rota *diuers. decis.* 792.  
*num.* 1. *vers.* *Maxime par.* 4.

20 Et quatenus aliqua cautela in confectione dictorum ar-  
rendamentorum accessisset, quod inficior, dumtaxat excogitari  
posset in modo quo illa confecta fuere, videlicet tribus separatis  
instrumentis, diversisque personis, ut evitaretur laudemium, licet  
inane; non vero in temporis diurnitate, qua duratura erant.  
Contrahentium namque genuina mens, ut ex literali instrumē-  
torum contextura apparet, fuit ut ea in omni eventu permanerēt  
per spatium quindecim annorum praeveniendo casum, qui con-  
tingit, hoc est pasciscendo, ut supra *num.* 7. transcripsi, quod sanē  
validissimum praestat argumentum, ut fateri cogamur, memora-  
ta arrendamenta non fuisse inita ad vitam dicti Iosephi tantum,  
sed per istius obitum transmissibilia utique fore ad illius haere-  
des, & successores, ultra quod in iure stabilitum cernimus resi-  
duum conductionis ad haerem conductoris transmitti, *l. cum in*  
*plures, §. haerem, l. sed adde, §. si quis mulierem, ff. locati, l. viam ve-*  
*ritatis* 10. *Cod. eod. §. 5. Instit. Imp. de locat. & conduct.* *ibi: mortuo con-*  
*ductore intra tempora cōductionis, haeres eius eodem iure in conductio-*  
*ne succedit;* ibique Instituta, & praecipue Mynsins. *num.* 1. *ibi:*  
*obligatio ergo ex locato existens ad haerem conductoris transmittitur,*  
*si intra quinquennium conductionis conductor decedat.* Anton. Go-  
mez *var. resol.* *tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. & eius additionator Aylon. *ad*  
*d. cap.* 3. *num.* 8.

21 Nec in minimo oppitulari potest Nobili adversanti Se-  
natus decisio, cuius meminit *nu.* 17. (sui Iuris Discursus; quinimò,  
illa perpenſa, in eum retorquetur; ideò namque canonizavit Re-  
gius Senatus ex locationibus, seu arrendamentis successivè sepa-  
ratis personis diversis instrumentis, eadem die, penes eundem  
Notarium, & coram eisdem testibus factis, laudemium deberi,  
quia simul iunctae quinqueunium excedebant, & pro vna habe-  
bantur; igitur pro constanti dedit, quod non obstante cautela ad-  
hibita adfrandandum dominum directum, contractus sustineba-  
tur, etiam ultra quinquennij metas. Idem



22 Idem altiùs extollitur ex eiusdem fundamentis, per quæ discurret Nobilis adversans; nam si pro certo daremus, prout ipse, & in processu, & in suo Iuris Discursu pari passu, suadere conatur, contentiosa arrendamenta inita fuisse separatis instrumentis, & diversis personis suppositis, ad evitandum laudemij solutionem; (quod citra veri præiudicium dicitur) evidens quoque illorum mens fieret, in ore eiusdem adversantis, ut præfata arrendamenta porrigerentur ultra quinquennium; aliàs namque inanis fuisset similis præventio, quia ex locationibus non excedentibus quinque annorum metas laudemium non solvitur ad tradita per Cancer. *var. 1. cap. 11. num. 97.* ultra quod luce meridiana clarior apparet ex superius *num. 4. & 20.* animadversis.

23 Suadetur amplius quia in casu negato, quod in limine contractus dictorum arrendamentorum quidquam fuisset loquutum de vita iam dicti Iosephi, nihilominus ultra illius vitam extendi deberent; nam in facto suppono, quod tempore contractus erat ætatis annorum, ut ex certificatoria baptismatis in processu constat; sicque iuxta computum *leg. hereditatam ff. ad legem sale.* vivere præsumebatur annis, cuius legis dispositio locum sibi vendicat in omnibus iuribus ad vitam, secundum Bald. *in l. cum ii. §. si integrâ in fin. ff. de transact.* Surd. *cons. 451. nu. 37.* Cravet. *cons. 194. num. 4. vers. Quarto.* Rotam coram Merlin. *post tract. de legitima decis. 126. nu. 9.* eundem Merlin. *de legitima lib. 1. tit. 2. quest. 5. num. 29. & lib. 5. tit. 3. quest. 8. num. 3.* Cirocch. *iun. discept. 51. num. 25.* & non solum in dispositione in ultima voluntate, sed etiam in dispositione inter vivos. Boët. *decis. 324. num. 5. vers. Et magis atque magis.* Surd. *de alim. tit. 9. quest. 11. num. 26. in fin. & num. 27.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 476. vers. Primus casus est: & sub nu. 477.* Canc. *var. 2. cap. 11. num. 77. & 78.* Cirocch. *iun. d. discept. 51. num. 26.* eruditè Fontan. *de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. par. 4. à num. 33.* consequenterque iuxta dictæ legis dispositionem, utique sustineri deberent prælibata arrendamenta per spatium dictorum quindecim annorum, & ultra; etiamsi ad vitâ Iosephi facta supponerentur, quod suppositivè tantum dicitur.

24 His itaque firmiter præmunitis, minimè refragantur tē-

tes per Nobilem adversantem ministrati præcipuè super artic.  
14. & 23. ex per eum oblati 6. Junij 1686. deponentes; cum quia  
quatenus quidquam probarent, dumtaxat foret circa modum,  
seu prætentam cautelam confessionis dictorum attendamento-  
rum, ad evitandum laudemium, quod ut supra num. 21. & 22.  
insinuavi, minimè obstat, quominùs firmiter sustineri debeant  
per spatium 15. annorum, imò hoc ipsum suadent, ex inibi dict.  
num. 21. & 22. fusè expensis.

25 Tum etiam quia omnes prædicti testes sunt singulares,  
qui minimè probant *cap. licet causam 9. de probat. cap. bona memo-  
ria 23. & cap. cum dilectus, Spin. in specul. de testam. glos. 31. num. 23.  
& 24. Paril. cons. 24. num. 24. lib. 2. & cons. 146. num. 14. lib. 4. Cor-  
neus cons. 63. num. ult. lib. 3. Gratian. discept. forens. 973. nu. 48. Reg.  
Cayc. obser. 140. num. 19. & ibi eius additionator Manfredella nu. 5.  
& passim DD. Nec necessariò concludunt, uti requiritur, quando  
instrumentum oppugnât, *l. optimam in fin. Cod. de contrah. vel com-  
mit. stipulat. pluribus citatis Parexa de instr. edit. tit. 1. resol. 3. §. 2. nu.  
16. & 17. Gobius consule. decis. 88. num. 9. & licet tractatui inter-  
fuisent, cum tamen nullus ex eis conclusioni contractus interve-  
nisse constet, nil probant Surd. cons. 202. sub num. 5. Rota post. 2.  
volum. cons. Farinac. decis. 187. num. 3. cum multa tractentur quæ  
postea non fiunt, vel non veniunt ad conclusionem, & finalem  
effectum, *l. si voluntate ubi Bald. & Salicet. in 1. not. Cod. de rescind.  
vendit. Rota decis. 104. num. 6. par. 2. divers. & decis. 677. num. 3.  
in fin. par. 2. & decis. 121. num. 8. par. 5. recent. Surd. cons. 202. num. 5.***

26 Tum denique licet Nobilis adversans quosdam ex præ-  
narratis testibus sub nomine proxenatarum, seu mediatorum, pro  
suo patrocinando voto, comprehendere voluerit; propriè tamè,  
salva pace, tales dici nequeunt, cum neuter ex illis conclusioni  
contractus intervenisse constet; negotium namque inter solos  
contrahentes, absque illorum interventu conclusum fuit, ut ex  
eodem testimonio depositionibus facillè deprehenditur; & ut  
propriè dici, possent proxeneræ, seu mediatores, de quibus iura, &  
DD. loquuntur, & tractatui, & conclusioni negotij eos interve-  
nisse oportebat, *Vrceol. de transact. quæst. 58. sub num. 34. vers. Inde.*

Farinac. *de testibus, quaest. 63. num. 224.* Barzicus *decis. Bânonien 50. num. 12.* Seraphin. *decis. 889. num. 3.* Rotâ coram Burat. *decis. 111. num. 9. & decis. 168. num. 16. & decis. 648. num. 1.* Rotâ post Salgado *in labyrinth. credit. decis. 66. num. 8.*

27 Quid plura? quamvis enim mediatores, seu proxeneræ forent, quod inficior, minimè tamen probarent; nam de iure veterior est sententia, quod proneneræ, seu mediatores non sunt idonei testes ad probandum perfectionem contractus, imò à testificando repelluntur, *cap. 1. de testib. lib. 6.* & ibi Glossa *verbo Mediatrores*, ibique Archidiaconus *in princ. num. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 1363. Testis in causa num. 36.* Farinac. *quaest. 60. num. 408. & seqq.* Noguierol. *allegat. 26. num. 51. & 52. & allegat. 29. num. 60.* quod alij temperant, nisi vtraque parte consentiente, Gabriel. *de testib. conclus. 20. num. 21. per text. in S. quoniam verò, in Auth. de testibus in 6. vbi communiter DD.* Magon. *decis. 95. num. 14.* Gayl. *obseru. 117. lib. 1.* Bellon. *decis. 197.* Bovadilla *in politica lib. 3. cap. 2. nu. 52.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. casu 72. num. 29.* Barbos. *in cap. 1. de testibus in 6. num. 4.* Merlin. *contro forens. cap. 29. num. 12. cent. 2.* Cyriac. *lib. 1. contro. 27. num. 10.* Capyc. Galeota *contro. 66. num. 47.* Larrea *alleg. Fiscal. 40. num. 16.* Marin. *quotid. resolut. lib. 2. cap. 9. num. fin.* Viceol. *d. quaest. 58. num. 36. in fine.* Cancer. *var. 1. cap. 20. num. 11.* eruditè pluribus allegatis Hodiern. *contro. forens. cap. 13. num. 12.* Alij tandem defendunt, quod ab vna parte producti tantum semiplenè probant, vt alij testes, inter quos allegare sufficit nostrum Cancer. *var. 1. d. cap. 20. num. 12. qui alios dat.*

28 Insupèr non probant alij testes per Nob. adversantem producti deponentes de confessione extraiudiciali Iosephi Puig, & Bosom; quia in iure cautum reperio, similes testes de confessione extraiudiciali deponentes, vt aliquam probationem faciãt, contestes esse oportere de re, loco, & tempore Decius *conf. 339. num. 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 909. num. 2. & seqq.* Afflict. *d. 364. num. 3.* Mantica *decis. 179. num. 6.* Seraphin. *de 1156. num. 2. & decis. 1172. num. 2.* Rotâ *di. vers. decis. 724. num. 3. par. 4. & in recent. decis. 664. num. 6. par. 1. decis. 700. num. 33. vers. Tertiam verò, & decis. 711. num. 5. par. 2. decis. 113. num. 2. dec. 466. num. 1. & 2. par. 3.*  
Burat.

Burat. *decis.* 389. *num.* 6. quos & alios refert, & sequitur *Pösth. resol.* 52. *num.* 7. quibus adduntur *Andreol. contro.* 49. *num.* 1. *Viccol. de transact. quest.* 58. *a num.* 54.

29 Deinde talis confessio requiritur, quod sit facta, parte presente, Rota coram R.P.D. Penia Romana pecuniaria 3. Maij 1595. *l. fin ff. de interrog. action. l. certum. § si quis absentem, ff. de confess.* *Gabr. eod. tit. cocclus.* 1. *num.* 1. *Fontan. tom. 1. decis.* 258. *num.* 26. pluribus allegatis Ripoll ad Peguer. *in praxi civil. rub.* 14. *num.* 112. quæ omnia in presentiarum deficiunt, ut ex eorundem testium examine clarescit.

30 Sed hæc proximiora ex abundantia, quia in casu nostro, neque adsunt contestes, neque adest aliqua probatio, cum testes sint singulares, qui licet essent mille, tantum probant, quantum vnus Baldus *in l. ut iurjurandi colum.* 3. *vers. Vnde nota rationem, Cod. de testibus, Alexand. cons.* 168. *lib.* 2. *Paris. cons.* 57. *col.* 2. *lib.* 2. sic optimè ratiocinatur Gratian. *discept. forens. cap.* 909. *num.* 5. & 6. & latè, *suprà num.* 25. Potissimum quia contra tenorem instrumentorum deponunt; quo in casu præterquam omnes debent esse omni exceptione maiores, Rota apud Cencium *post tract. de censib. decis.* 24. *num.* 3. & concludentè, ac necessariò deponere ut *suprà d. num.* 25. *in sinuavis* illorum quoque depositiones evidentiores, ac urgentiores esse oportet, nam bonum ius, & clarum est ex publico instrumento. Rota apud Cencium *de cens. d. decis.* 24. *nu.* 2. cuius probatio dicitur probata, ex *suprà adductis num.* 18.

31 Nec relevat depositio Gabrielis Mora Notarij, apud quem fuerunt testificata memorata instrumenta; quia ultra quod singularitatis defectum patitur, est in iure vulgare dictærium, quod dicto Notarij absque testibus non est standum glossa *in § si vero adsunt in Auth. de hered. & falcid. Paris. cons.* 31. *nu.* 8. *lib.* 4. Rota *divers. decis.* 15. *par.* 3. *lib.* 3. Rota coram Merlin. *decis.* 137. *num.* 2. *tom.* 1. *Fonta. d.* 567. *num.* 14. *tom.* 2. & *de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 13. *glos. unica, num.* 2.

32 Egregiè Gratianus *discept. forens. cap.* 889. *num.* 14. *ibi:* Quia non creditur Notario dicenti se correxisse, propter errorem ab eo commissum *Grammatic. cons.* 24. *num.* 1. *ubi ampliat. quamvis simus*

in Notario bona fama; subdens etiam, quod ad hunc effectum non sufficeret unus testis cum Notario, nec iuramentum suppletorium, Bald. in l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. & in l. Imperator. ff. de statu homin. post specular. in §. postremo, vers. Sed nunquid confecto de fide instrum. Vital. caus. 22. vers. restat videre. Farinac. quæst. 156. par. 1. num. 78. & par. 4. num. 145.

33 Eruditè Regius Senator Xammar rer. indicat. par. 1. diff. 41. num. 27. & 28. ibi: Angelus in d. l. Imperator post Guillel. distinguit, quod aut verba sunt omninò obscura, quod nullum habent intellectum, & tunc tabellio post declarare, aut verò non sunt omninò obscura, sed habent aliquam interpretationem, & intelligentiam, & tunc non potest, & hoc etiam fuit de mente Bald. ibid. num. 2. col. qui inquit non esse standum confessioni Notarij, qui dicat, se errasse, quia post absolutum instrumentum est quæsitum ius parti, **QVOD EX FACTO, VEL DECLARATIONE NOTARIJ AVFERRI NON POTEST.**

34 Rursus quia Notario attestanti non creditur, nisi de actu à se rogato. Addent, ad Burat. decis. 95. lit. A. Rota apud Cardin. Caval. decis. 272. num. 5. & decis. 216. nu. 10. par. 5. recent. lib. 2. Conciol. in annotat. ad statut. Civit. Eugubij lib. 2. rubr. 35. num. 9. quemadmodum nec eidem creditur circa attestationem rogatus peracti de præterito. Innocent. in cap. quoniam contra num. 6. de probat. & in cap. 1. num. 6. de fide instrum. Cravetta cons. 171. num. 5. Rota decis. 285. par. 2. divers. & decis. 467. num. 2. par. 2. recent. Rota coram Merlin. d. 137. num. 3. tom. 1. Igitur potiori iure in præsentiarum illius depositio spernenda est.

35 Neque contrarium evincitur ex ponderatis per Nobilem ad versantem num. 12. sui Iuris Discursus, quia propositio illa ab eo allegata, quod Notarius sit idoneus testis de his, quæ coram se gesta sunt, quam ex Fabro in Cod. lib. 6. tit. 5. diff. 10. nu. 7. in allegat. & alijs firmare conatur, longè diversam recipit interpretationem ab ea, quam illi accommodare intendit Nobilis pars alia. Intelligitur ergò, ut præfertur, idoneus testis, quotiens in instrumento occurrit dubium interpretandum, utpote quia illius verba sint omninò obscura, quod nullum habent intellectum, & adhuc in hoc sensu, testibus indiget, recurrendumque tunc est ad ea quæ co-

ram Notario fuerunt gesta, & sic veniunt intelligendi DD. ad hæc per Nobilem ad versantem *d. num. 12.* allegati, ex supra à *nu. 31. ad 34.* fuisse à nobis animadvertis; non verò quotiens contra expressa verba, & tenorem instrumenti, ut in nostro casu, apud se confecti, deponere non remoratur, quia loquerentur contra dispositionem iuris.

§. III.

*QUAMVIS DAREMVS, ACCESSISSE PRÆTENSAM  
simulationem, & cancelam, in confectioe dictorum arrendamentorum,  
tamen circa illam in iudicio deductam, non esset audienda  
Nob. ad versans.*

36 **H**Oc assumptum ex iuridicis fundamentis corrivatur. Quorum primum desumitur ex eo, quòd memorata instrumenta arrendamentorum firmata, ac iurata repertiuntur per Nob. D. Hyacinthum Sagrera, & Massana, tam nomine suo proprio, quàm etiam uti procuratorem, seu mandatarium ad hæc specialitèr ordinatum per Nobilem D. Hyacinthum Sagrera patrem suum, & accedente formali, ac expressa promissione eodem iuramento vallata, observandi omnia, & singula in illis contenta, ipsisque minime contraveniendi, sub obligatione suorum bonorum, & cuiuslibet eorum insolidum, in singulis ex dictis instrumentis reperita, ut ex illorum lectura patet.

37 Quibus ita in factò animadvertis, optimè intrant assumptum. Simulatio quippè allegari nequit ab eo, qui eidem consentit; terminantèr Anton. Gobius *consult. decis. 88. num. 9. & 10. vers. Amplius*, cuius verba quia valdè ad intentum, transcribuntur, ibi: *Amplius quia dictam et numeratio facta fuit à Zanettis quidèr de mandato D. Comini, eò minus ab ipso mandante argui potest de simulatione per Zanettos commissa, alias enim contra excipientem retorqueretur, cum actus tribuatur ordinanti non exequenti, & perinde sit ac si facta fuisset ab ipso Comino.* Odofred. in *l. qui mandat. ff. de solut. Cravetta conf. 961. num. 4. Cephal. conf. 374. num. 40. Surd. conf. 528. nu.*

23. Cenc. de cens. quæst. 50. num. 22. & 23. Gibel. de commere. & usur. lib. 4. cap. 6. art. 17. Rota decis. 386. num. 49. par. 4. tom. 2. Rota Genuen. decis. 154. num. 4. Vbald. decis. 759. num. 1. Tur. de camb. fol. 369. num. 21. Cel. decis. 98. num. 15. Et in puncto actus gesti de permissione, & sic multo magis de mandato alterius, QVOD AB EO, QVI CONSENSIT, SIMVLATVS DICI NEQVEAT. Rota decis. 214. num. 12. par. 14.

38 Fovetur amplius memoratum assumptum alio medio, quia licet regularitèr iuramentum super contractu simulato sit nullum, ita ut, eo non obstante, opponi possit de simulatione, infinitis penè relatis, Vivian. Cirocch. discept. 76. num. 10. Hoc tamen procedit quando simpliciter in contractu iuratum est. Alexand. in l. nemo potest nu. 16 ff. de legat. 1. Macin. de iuram. par. 4. prim. effect. quæst. 11. num. 4. Gozad. conf. 69. num. 22. vers. Et primò dico; tecus si in eo contrahens iuravit, ut in præsentiarum, omnia, & singula contenta in contractu esse vera, & non contravenire; tali enim casu non potest allegare, contractum esse simulatum Tusch. in verb. simulatio conclus. 266. num. 15. & 17. Mantica de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 35. num. 16. Macin. d. quæst. 11. num. 5. Neviz. conf. 8. num. 60. & conf. 23. nu. 4. Roland. conf. 93. nu. 22. lib. 1. conf. 96. num. 16. & conf. 47. num. 31. lib. 4. Nat. conf. 145. num. 11. Seraphin. de iura. priv. 59. num. 1. Cephal. conf. 325. num. 42. sic formalitèr, his & alijs citatis, discutrit Cirocch. d. discept. 76. num. 11. ubi ait, quòd ferè omnes attestantur de communi, & nonnulli de magis communi, inter quos Rota in Portuen. effectus 1. Julij 1650. §. tandem non obstat coram Bichio.

39 Præterea quæ nullibi in toto processu, nec aliàs constat, obtentam fuisse iuramenti absolutionem per Nobilem adversantem, & consequentèr per eum opponi non potest de simulatione, quia similis exceptio non datur, non habita tali absolutione. Rota decis. 5. num. 4. in fin. par. 2. recent. Cirocch. d. discept. 76. nu. 12. Immo quoties, ut præhabetur, iuratum est, omnia & singula in contractu contenta esse vera, etiam si petita foret absolutio à iuramento, & eam contrahens consequutus est, adhuc ipse simulationem allegare non potest, Cirocch. ubi proximè num. 13. ubi alios concordantes dat.

40 Fortius hæc arident concurrente iuramento promissio-  
rio, & assertorio, ut in nostra hypothese, quo in casu de simula-  
tione dici nequit Tusch. *lit. S. conclus. 266. n. 15. § 17.* ubi de com-  
moni attestatur. Macin. *de iur patr. cap. 4. effect. 1. quest. 11. num. 4.*  
Gutierr. *in tract. de iuram confirmat. cap. 5. num. 4.* latè Andieol. *con-*  
*tro. forens. 49. num. 6.* plurimos congerit Ciarlin. qui magistralitèr  
de materia loquitur *lib. 3. cap. 230. num. 46. § 47.* non ommitten-  
dus.

41 Et licèt clausula iuramenti, quæ concipitur hoc modo.  
*Iurantes, &c.* in calce dictorum instrumentorum tantùm adiecta  
appareat, verùm indubium est, illam referri ad omnia, & singula  
in instrumento contenta, acsi in omnibus esset expressa Marth.  
*de claus. par. 1. claus. 215. num. 2.* viresque extendere ad omnia, quæ  
ab illo actu decedunt Bertaz. *in repet. l. si quis maior num. 712. Cod.*  
*de transact.* quæ omnia docet, & comprobat Ciarlin. *dict. lib. 3. cap.*  
*240. num. 48* sive principalitèr, sive accessoriè apposita sint in in-  
strumento Cavalc. *decis. 9. num. 24. par. 1. § decis. 22. num. 33. par. 3.*  
Cancer. *var. 2. cap. 8. nu. 78.* Ripoll ad Peguer. *in praxi civili rub. 1.*  
*num. 15.* qui alios citat.

42 Minimè his refragantur superiùs laudatæ Regij Senatus  
decisiones, quarum meminit Nobilis adversans num. 17. sui Iuris  
Discursus. Quia facili negotio diluitur obiectio, si animadverti-  
mus, quod in eis controversijs, super quibus fuerunt promulgatæ  
præhabitatæ decisiones, qui de fraude, & simulatione opponebat  
erat Dominus directus, pro laudemij assequutione, sicque frau-  
dis, & simulationis omninò expers, imò ignarus, ex quo contra-  
ctui non interfuit: At in contentiosa hypothese de prædictis op-  
ponens agnoscitur alter ex eisdemmet contrahētibus, qui de  
omnibus contractuum qualitatibus fuit plenissimè  
cercioratus, ut ipsemet fatetur, cunctisque  
inter fuit, & illorum fuit  
particeps.

(SSS)